



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 48. Turcarum incursiones in Italiam

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](#)

via sedari poterant, quam decreta ad Ve- Sæcul. XV.
netos Deputatorum legatione, qui totam A.C. 1480.
rei gestæ seriem eos edocerent. Floren-
tini suos quoque Oratores ad Pontifi-
cem ablegarunt, nec tamen ad Papæ al-
loquium admittebantur, nisi ea lege, ut
acceptarent pacis conditiones a Sixto
Pontifice, & Ferdinando Neapolis Rege
propositas. Annunut illi, ac demum ad-
missi, præ foribus Basilicæ S. Petri in
genua provolvuntur, ubi de more viritim
unico virgæ iictu verberati, atque Eccle-
siæ reconciliati, in Basilicam introrūni-
fi sunt, reique divinæ interfuerunt. In-
ter pacis conditiones præcipua fuit, ut
Florentini quindecim naves Ferdinando
Regi ad propulsandam Turcarum fero-
ciam submitterent, easque propriis sum-
ptibus tamdiu alerent, quamdiu Maho-
metis exercitus in Italia maneret; Infideles
enim hanc regionem foede deva-
stabant, ira & furore accensi ob Rhodum
incasum oppugnatam. Has igitur ca-
lamitates Papa miseratus adeo facilem
paci concedendæ animum præbuerat.

§. XLVIII.

Turcarum incursionses in Italiam.

Mahometis exercitui in Italia impera- Krantz. 13.
bat Baffa Geduces Achmetes. Præ- Wand. 19. &
cipius expeditionis suæ scopus erat, ut^{12.} Sax 28.
Neapo-

Secul. XV. Neapolis Regnum occuparet, indequ
A.C. 1480. Ferdinandum Regem propelleret; ad hoc
 consilium per Venetos impulsus
 Krantzio dicitur, eo quod Ferdinandus
 contra ipsorum jura regnum Cypri occu-
 pare tentasset; forte etiam Achmetes, u-
 alii testantur, propria in Ferdinandum
 vindicta concitatus erat, eo quod ille per-
 sæpe Christianis adversus Turcas open-
 tulisset.

§. XLIX.

Hydruntina Provincia a Turcis expugnata.

Chalcondyl.
hist. Turc.
l. II. n. 29.

Verum quacunque demum ex cau-
 lis Achmetes ad hanc invasionem im-
 pulsus dicatur, id omnino certum est
 quod ex Valona quadam Epiri urbe so-
 verit, indeque die vigesima octava Au-
 gusti profectus classem suam Hydrundi
 appulerit, quæ urbs est maritima nonni-
 si sexaginta milliaribus a Calabria di-
 stans. Hanc Achmetes totius belli in-
 strumentis & apparatu diu noctuque op-
 pugnabat, tandemque illam decima se-
 ptima obsidionis die ad deditioinem com-
 pellebat, urbemque ingressus omnia fer-
 ro flammaque vastabat. Ferunt, duode-
 cim ferme Christianorum millia vel cæ-
 sa fuisse, vel in captivitatem abstracta.
 Postremos inter numerabatur ipse metu-

Archis.